ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Clarissime Vir, amantissime Cognate

A quo Hagâ discessi, & cum Senguerdio fusè de migratione ejusq; conditionibus disserui (etiam sollicitè aliorum de illo judicia explorator, qui omnes eum commendant a singulari habilitate studiosos suaviter alliciendi & doctè placideq; instituendi) hodiernis litteris mihi scribit in hæc prorsus verba.

" Inclinatio mea non minor est, quam eam coram Tibi v.
" patefeci: inter rationes me moventes non minima est
" Celsissimi Principis favor, quem majoris facio, quam cente-
" nos annuos. Celsissimi Principis arbitrio committo quantitatem
" stipendii, certò confidens eum nolle hac mutatione sortem
" meam facere deteriorem, ipsumq; rationem habiturum non
" tantum stipendii quo hic gaudeo, sed etiam reliquorum emo-
" lumentorum, quæ ex Collegii pietatis (quo ordinariè
" 5, 6, 7 simul habeo) nanciscor præter lucrum, quod
" ex disputationibus & promotionibus nobis accedit, uti et
" damni quod migratio secum trahit.

Hactenus ille: dicam quod res est; desiderat suam Principi operam offerre; præterit veram migrationis causam scilicet molestias & dissensiones, & varias querelas praevidet inter Academicos suos collegas: rem agit, praeteriti & favoris

Principis, &

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Renesse) 15
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4322

Principis, & oblationibus Senatoriis stipendijsque accrevere
vult calumnijs quorundam invidorum, & iustis magistra-
tibus sui querelis, qui merito indignarentur nisi
Lucubrationis praemium, tantique Principis favorem posset
illis responsi loco respondere.

Fateor me toto animo in illum ferri, et certus sum
illum pro sibi insito splendorem, & frequentiam
aliquam Illustri Collegio & Scholae conciliaturum:
Scio etiam pro tua, mi Domine, prudentia meâ im-
primis interesse ut sub Regentem Salvam moribus
ad haec inclinabilem, nobisque regimen accommodet,
sociam laboribus fidam auxilio, promptam consilio [illegible]
quod permagni aestimo, sinceri pectoris: iam [illegible]
hic experior animos sub vulpe latentes: nec omnes
in nostro ordine Urim, & Thummim supra
ipsum cor portant, aut Bracteam ex puro auro
cum inscriptione Sanctitas Iehova in
fronte candidae gerunt, sed

Astutam lapido gestant sub pectore
vulpem.

Celsitudinis tamen iudicio, cui etiam caeptum Senj-
wardij

mandij affectum, et votum expono, tuaeq[ue] εὐνοίᾳ me
subjicio.

Curam reliquorum Professorum, et quae porro ad Academiae
perfectionem spectant, Curatoribus meis integram
relinquo, dabit, procul dubio, Deus alios, qui hanc
Spartam, quam nanciscentur, ornabunt.

Scio Classicales statim sed postea migrant, si
tuum filium meae placuerit credere disciplinae, ita
imbecilliori isti ingenio praeibo, ut severissimi patris
praeceptorisq[ue] officium simul expleam: pietatem non bis
ancillari velit prudentia, sed Deo tuos vivere σωφρόνως
δικαίως, καὶ εὐσεβῶς.

Finio et addo me intra mensem, domum iussu
Principis mei vel alio vel ad professoralem cathe-
dram avocabunt. Dominum de Wilhem meo nomine peramanter
salutare a te velim.

Vester omni in Domino Iesu Christo
affectu et obsequio.
A Renesse

1646 25 Aprilis
Breda.

Mijn Heer Mijn Heer

van Zuylichem Ridder, Raet ende

Secretaris van syne

Hoocheyt

In s'Graven-Hage

Cito.

Loon

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Renesse) 15
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4322